The Parentalia of Maria Clementina wife of James Edward, eldest Son of King James the 2d. of England, she was the Daughter of James Lewis Sobieski, who was the eldest Son of John King of Poland born in 1702 & died at Rome January 18th. 1735 aged 32 Years 6 Months and 1 Day and was buried in the Vatican with great Funeral pomp 10. Kal: February 1735, by the command of Pope Clement the 12th.

MARIA CLEMENTINA MAGN. BRITAN. FRANC. ET HIBERN. REGINA

Parentalia Mariae Clementinae Magn. Britan. Franc, et Hibern. Regin.

Iussu Clementis XII. Pont. Max.

I. P. Panini inv. et delin

Hieronymus Frezza sculp. Romae Sup. perm.

I quod viventibus ſolatium, mortuisque decus pia funeris recordatio poteſt afferre; utrumque nobis liceat experiri dierum illorum memoriam recolentibus, quibus medii gaudium inter, atque moeſtitiam ereptum Religioni in CLEMENTINAE obitu ornamentum, atque prae-

E la rimembranza de' funerali reca alcun conforto a' vivi, e rende onore a' morti; mi dò a credere, che l'uno, e l'altro ſiamo per iſperimentare, ritornandoci alla memoria i giorni lugubri dell'immatura morte di MARIA CLEMENTINA *Regina della Gran Brettagna, ne' quali, diviſi tra la ſperanza, e'l dolore, parte ci condolevamo, che rapito foſſe alla Re-*

praesidium dolebamus, ipsi vero virtutum suarum proemia consequutae certa spe innixi gratulabamur. At nequis dubitet, haec vulgo jactari ex consuetudine potius (ut in magnorum Principum casibus fieri solet) quam ex intimo animi sensu; opportunum duximus eximias praestantissimi illius animi dotes, & lacrymas, quibus hanc mortem Roma est prosequuta, breviter recensere: utrumque enim, & desiderium, quod superest, & spem, qua consolamur abunde testabitur. Ad aliquam vero ejus vitae imaginem exprimendam, operae pretium arbitrati sumus sequentem commen-

ligione un sì grand' ornamento, e sostegno, parte ci rallegravamo con essa lei, perchè libera da' travagli di questa misera vita conseguito avesse, entrando nella beata immortalità, il premio delle sue virtù. Ma perchè alcuno non creda, che queste cose sieno da noi dette piuttosto per usanza, come suole accadere nelle morti de' gran Signori, che per un vivo, e sincero sentimento dell' animo; abbiamo creduto di dover leggiermente accennare alcune delle più insigni virtù, che adornavano la grand'anima di questa Regina, e le abbondantissime lagrime, colle quali Roma ne compianse i funerali: poichè l'une, e l'altre faranno indubitata fede a chicchessia e del dolore, che ci rimane, e della fiducia, con cui ci consoliamo. E per dare qualche idea della sua vita, sarà prez-

mentarium, qui una cum Italica verſione ad manus noſtras pervenit ſideliter exhibere.

prezzo dell' opera l'eſibire fedelmente una memoria, tal quale inſieme colla ſua traduzione Italiana è pervenuta alle noſtre mani.

DE MORIBUS, ET OBITU
MARIAE CLEMENTINAE
Sereniſſimæ Magnæ Brittanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Reginæ.

T naſci a Principibus paucis inter mortales conceſſum, ita tantorum Natalium dignitatem & animi, & morum integritate æquare pulcherrimum merito habetur. Quam ſane laudem abunde videtur adepta Maria Clementina Magnæ Brittanniæ Regina. Avum illa habuit Joannem Poloniæ Regem, qui e vetuſtiſſima Piaſtarum nobilitate prognatus, regium popularium ſuorum ſceptrum, & virtutibus meruit, & in virtutum præmium accepit; nec minus poſtea Reipublicæ ſuæ ſplendoris, quam quod ab ea hauſerat, rependit. Hujus Primogenitus Jacobus Sobieſcki regius Poloniæ Princeps, & aſſiduus Parentis ſui in bellicis adverſus Ottomannos expeditionibus comes, Uxorem duxit Hedvvigem Eliſabetham ex inclyta Palatinorum Neoburgenſium domo oriundam; cujus ſorores quatuor ampliſſimis jam ma-

Come il naſcer da Principi a pochi fra gli uomini è conceduto, così l' adeguare la dignità di sì eminenti Natali coll' integrità dell' animo, e de' coſtumi a ſingolariſſimo pregio meritamente s' aſcrive; di qual lode, a dir vero, Maria Clementina *Regina della gran Brettagna ſembra aver fatto perfettiſſimo acquiſto. Ebbe Ella per Avo Giovanni Re di Polonia, che dall' antichiſſima, e nobiliſſima ſtirpe de' Piaſti diſceſo, il regio ſcettro ſovra i ſuoi Nazionali colle virtù meritò, e in guiderdone delle virtù conſeguì; nè reſe dopo alla ſua Repubblica minor luſtro, e chiarezza diquellochè aveſſe dalla medeſima ricevuto. Di queſto il Primogenito Giacomo Sobieski regio Principe di Polonia, e nelle guerriere impreſe contro degli Ottomanni perpetuo indiviſibil compagno del Genitore, in nodo maritale ſi unì ad Edvige Eliſabetta dell' inclita proſapia de' Palatini di Neoburgo, alle di cui quattro ſorelle in matrimonj ampliſſimi collocate, e re-*

matrimoniis ornatas, & apud ſe tunc temporis Regnantes, pars magna Europæ venerabatur. Sibi quippe Eleonoram Leopoldus Cæſar, Annam Carolus Hiſpaniarum, Sophiam Petrus Luſitaniæ Rex, Dorotheam Odoardus Farneſius Parmæ, & Placentiæ Princeps connubio junxerant, unde tot orti Principes, quos hodie longe, lateque dominantes videmus.

Ex iſtis igitur regii Polonorum Principis cum Hedvvige Palatina nuptiis, Olaviæ apud Sileſios in lucem edita CLEMENTINA, ita domeſticis uſa eſt exemplis, ita Parentum ſuorum æmulari pietatem cœpit, ut facile ſtatim appareret, quo talis indoles ſub tali formata diſciplina, propediem eſſet evaſura. Nihil enim candoris, nihil verecundiæ, nihil benignitatis illi ætati affingi poteſt, quod in eximia adoleſcentula non reperiretur. Pietatis vero operibus, caritatis officiis, & auſteritati vitæ ita indulſit, ut ſæpius Parentibus laborandum fuerit, ne ultra annos conanti vires non ſuppeterent. Opinione vero citius ita divina diſponente providentia contigit, ut tantarum virtutum ſemina in apertiorem lucem protraherentur. Dum enim in ejuſmodi ſtudiis regia Virgo adoleſceret, eam ſibi deſponderi Uxorem curavit JACOBUS III. Magnæ Brittanniæ Rex. Et ita quidem negotium tam arduum licet, tractatum eſt, ut res prius conficeretur, quam confici eam plerique ſuſpicarentur.

Quantum his nuptiis Roma faverit, quam conſentiente omnium ordinum lætitia de iis ſit auditum; ſupervacaneum dicere ex-

regnanti allora appreſſo di ſe rendeva una gran parte d' Europa venerazione, ed omaggio: poichè l' Imperator Leopoldo ſpoſata avea Eleonora, Anna Carlo Re delle Spagne, Sofia Pietro Re di Portogallo, e Dorotea Odoardo Farneſe Principe di Parma, e Piacenza; onde cotanti Principi ne ſon nati, i quali oggi giorno veggiamo ſtendere diffuſamente il loro dominio.

Da coteſte nozze dunque del regio Principe di Polonia con Edvige Palatina in Olau città della Sleſia venuta CLEMENTINA *alla luce, usò talmente de' domeſtici eſempj, ed in sì fatta guiſa ad emulare atteſe la pietà de' ſuoi Genitori, che ſe ſubito agevolmente conoſcere fino a qual alto ſegno un' indole tale ſotto tal diſciplina formata foſſe fra non molto per avanzarſi: imperciocchè candore alcuno, verecondia, benignità in età ſimile può idearſi, o ſcolpirſi, che nell' egregia Fanciulletta non iſpiccaſſe. All'opere poi di pietà, agli ufizj di carità, ed auſterità della vita così tutta ſi diede, che bene ſpeſſo travagliar dovettero i Genitori, per moderare in lei quegli sforzi ſuperiori di lunga mano al potere, ed agli anni. Ma più preſto di quanto veruno può figurarſi, così diſponendo la divina Provvidenza, addivenne, che i ſemi di sì ſegnalate virtù ſi ſpandeſſero in più aperto campo di luce; poichè in ſomiglianti ſtudj la regia Vergine creſcendo,* GIACOMO III. *Re della Gran Brettagna proccurò d' averla in Conſorte. E l' affare benchè sì arduo, fu di tal maniera trattato, che ebbe prima il ſuo compimento di quello, che molti ſoſpettaſſero, che ſi trattaſſe.*

Quanto Roma applaudiſſe a queſte nozze, con qual' unanime, e concorde allegrezza di tutti gli ordini di perſone ſe ne pubblicaſſe la nuova, ſtimo

exiſtimaverim. Vigebat adhuc, quæ nunquam profecto exoleſcet magni illius Sobieski memoria, qui immenſum Barbarorum exercitum Chriſtianæ, quanta eſt Reipublicæ, & noſtræ imprimis Italię imminentem, memorabili in paucis victoria apud Vindobonum Auſtriæ profligaverat hinc avebant omnes liberatoris quondam ſui Progeniem cum ſupremo Stuvardorum ſanguine in hac communi Gentium Patria videre conjunctam. Hanc vero conjunctionem approbatione ſua, & ſuffragio præcipue dignatus eſt ſanctæ memoriæ CLEMENS XI. qui clavum Eccleſiæ tunc temporis pari ſapientia, & pietate moderabatur. Habebat enim in utroque Conjugum, quod ſibi proprium gratularetur, nam & Regem huc paulo ante delatum benigne admodum, ſplendideque acceperat, & Reginæ e ſacro fonte a ſe olim ſuſceptæ nomen ſuum impoſuerat in pignus paternæ caritatis, qua & Eam, & regios ejus Parentes complectebatur. Cæterum ut Regina Romam adveniens, ingens ſui videndi deſiderium in omnium animis excitaverat, ita ſtatim quantum homines cupiebant explere, temporum neceſſitate conſtricta, non potuit. Regio enim abſente Sponſo, Monaſterium ſtatim ingreſſa eſt, ibique per aliquot menſes ſumma cum modeſtia, & animi tranquillitate commorata. Quo quidem tempore habuerunt dicatæ Deo ab ineunte ætate Virgines, quod in tam ſplendidi generis puella, inter aulæ paternæ delicias educata, ac regio thalamo deſtinata, & mirari jure poſſent, & æmulari. Ad Mon-

ſuperfluo il riferirlo. Vegliava ancor freſca la rimembranza, che mai certamente ſarà per dileguarſi, o ſvanire, la rimembranza diſſi di quel gran Sobieski, che l'innumerabile eſercito de' Barbari omai vicino ad opprimere per quanto gira, e ſi ſtende la Criſtiana Repubblica, e ſoprattutto l'Italia, con vittoria da mentovarſi fra poche appreſſo Vienna d'Auſtria diſſipato avea, e diſperſo. Quindi anelavano tutti di veder la progenie del già loro Liberatore all'ultimo nobiliſſimo ſangue degli Stuardi in queſta di tutte le genti comune Patria congiunta. E tal' accoppiamento ſi degnò principalmente della ſua aprovazione, ed aſſenſo onorare CLEMENTE XI. *di ſanta memoria, che con ugual ſapienza, e pietà preſedeva allora della Chieſa al governo. In fatti avea egli nell'uno, e nell' altro Conſorte di che congratularſi, come di coſa ſua propria: imperciocchè ed il Re, quà poco avanti comparſo, accolto avea con ſomma benignità, e ſplendidezza; ed alla Regina già da ſe al ſagro Fonte tenuta, avea poſto il ſuo nome in pegno del paterno amore, col quale e Lei, ed i regj ſuoi Genitori onorava. Del rimanente, ſiccome la Regina in venendo a Roma riſvegliato avea negli animi di tutti un deſiderio ardentiſſimo di vederla, così aſtretta dalla neceſſità de' tempi, le univerſali brame non potè sì toſto appagare, poichè in aſſenza del regio Spoſo ſi ritirò ſubito in Monaſtero, ed ivi per alquanti meſi con ſomma modeſtia, e tranquillità d'animo ſi trattenne. Nel qual tempo quelle Vergini a Dio dalla tenera età dedicate in così illuſtre, e nobil giovinetta allevata fra le delizie della Corte paterna, ed al real talamo deſtinata, ebbero certamente tutto ciò, che con ragione ammirar poteſſero, ed emolare. Paſſata quindi a Monteſiaſcone in-*

con-

Montem deinde Faliſcorum profecta, Regem peregre advenientem obvium habet, ſummaque ejus lætitia merito excipitur. Statim itaque nuptiæ pari comitate, & modeſtia ibidem celebrantur. Poſt aliquot deinde temporis ſpatium reverſi in Urbem Regii Conjuges maxima omnium gratulatione excipiuntur. Qua in celebritate mirum eſt, quantum apud omnes favoris ſibi ſtatim Regina conciliaverit. Rapiebat ſpectantium oculos in primo ætatis flore præcellens formæ, totiuſque habitus decor, & augebat decorem tum ſermonis, tum ingenii, gravitate comitas, majeſtas facilitate temperata. Quotquot vero altius intuebantur, mirari ſatis non poterant, quod neque tantæ dignitatis fulgor, neque formæ, & ætatis ornamenta tot inter ſtrepitus, & illecebras a ſolida quidquam pietate, & exactiſſima morum ſe veritate detraherent. Quibus effectum dedit, ut quod in publica tantæ Civitatis luce verſanti difficillimum, quod in tanta hominum expectatione longe difficilius, fama ſui præſentia non minueretur. Nuptiarum ſolemnia, & fauſta Romanorum vota modico intervallo ſubſequuta eſt alia ex Reginæ fœcunditate lætitia. Paulo enim poſt circumactum annum felicibus auſpiciis natus eſt Sereniſs. Vvalliæ Princeps Carolus Odoardus, cujus natales vix minore plauſu Chriſtiana Roma celebravit, quam olim ethnica devictorum Regum interitum ſpectare conſueverat. Interjecto deinde quadriennio, geminatum eſt gaudium altero Principe Henrico Eboracensium

contra il Re, che di lontano veniva, da lui con ſommo giubilo meritamente ſi riceve, ed accoglie. Quì dunque con ugual piacevolezza, e modeſtia ſi celebrano immantinente le nozze, dipoi dopo qualche ſpazio di tempo tornati in Roma i regj Conſorti, da tutti vengon quì ricevuti con grandiſſima feſta, ed applauſo: nella qual comune allegrezza, mirabil coſa è, quanta grazia appreſſo ciaſcuno ſi conciliaſſe ſubito la Regina. Rapiva gli occhi di chiunque la mirava, ſul primo fior dell' età la leggiadra vaghezza del portamento, e del viſo, ed accreſceva il vezzo della favella, e dello ſpirito la dolcezza miſta di gravità, e la maeſtà alla piacevolezza congiunta. Quanti poi fiſſavano più altamente il penſiero, non potevano abbaſtanza maravigliarſi, che nè lo ſplendor di così gran dignità, nè i pregj della bellezza, e degli anni fra tante voci d'allettamento, ed applauſo punto in Lei diminuiſſero della ſua ſalda pietà, e d'una eſattiſſima ſeverità di coſtumi. Per le quali coſe fa chiaramente conoſcere, lo che difficile al maggior ſegno ſi rende a chiunque diviene oggetto de' pubblici ſguardi d'una tanta Città, e di gran lunga più malagevole in tale, e tanta aſpettazione di tutti, che la di lei fama non rimaneva dalla preſenza diminuita. Alla ſolennità delle nozze, ed a' voti favorevoli de' Romani, non molto andò, che altra nuova allegrezza per la fecondità della Regina ne ſuccedette. Avvegnachè poco dopo il giro d'un anno nacque con feliciſſimi auſpicj il Sereniſſimo Principe di Galles Carlo Odoardo, *i di cui natali celebrò con applauſo appena minore Roma Criſtiana, di quello che infedele avvezza foſſe a riſguardare anticamente de' già vinti Regj l'eccidio. Scorſo il quart'anno ſi raddoppiò la letizia dato alla luce il Secondogenito* Errico Duca di Jorch. *E que-*

SIUM Duce in lucem dato. Et hos quidem Principes nemo propius aſpexerit, quin & regio ſanguine editos, & natalibus ſuis dignos facile judicaverit; ea in tenera adhuc ætate ſpecies, ea in ſuaviſſimis animis, & moribus indoles eluceſcit.

Hactenus de Regina, pia quidem illa, & exactiſſimi exempli ad humanum tamen morem inter homines degente diximus; cætera de mortali, quam ſupra communem pene mortalium ſortem divina gratia extuliſſe, miriſque modis perfeciſſe viſa eſt, memoranda habemus. Humanarum enim rerum perſpecta vanitate, religioſis ſe totam affectibus, ad quos occulta quadam vi a prima infantia trahebatur, CLEMENTINA tandem permiſit: eamque ſemel ingreſſa ſemitam ita conſtanter tenuit, ut nihil de ejus fervore, quod multis accid re videmus, labentes anni præ rentur, multum quin imo singuli ad eumdem adjicerent; unde effectum eſt, ut quæ ad vigeſimum quintum ætatis annum ita vixerat, ut omnibus Matronis exemplo eſſet, per reliquum vitæ ſpatium ea Chriſtianæ perfectionis documenta ediderit, quæ vel in ſeveriſſimo quovis Clauſtro degentibus admirationi ſint futura.

Ubi primum hoc vitæ genus amplexa eſt, omnem veſtium pompam, omnem pene mundum muliebrem abjecit; aut potius ad ſacrarum rerum, & locorum ornatum tranſtulit, ita ut nihil vel in corporis cultu, vel in privata, & ſua ſupellectile reliquum fecerit, quod vel in mediocri conditione fœminis non concedatur. Sed hæc

queſti due Principi niſſuno certamente rimirerà da vicino, che non li reputi agevolmente e da regio ſangue diſceſi, e degni in tutto de' loro natali; tale, e tanta in quella ancor tenera età la vaghezza, tale, e sì rara indole ne' ſoaviſſimi loro animi, e ne' coſtumi riſplende.

Fin quì favellato abbiamo della Regina pia certameute, e d'un caſtigatiſſimo eſempio, ma che vivea nel mondo una vita all'umano coſtume uniforme. Reſta a dirſi di una donna mortale, che quaſi ſopra il comune deſtino de' mortali ſembrò la divina grazia averla eſaltata, e reſa maraviglioſamente perfetta. Imperocchè conoſciuta appieno la vanità delle umane coſe, tutta a' religioſi affetti CLEMENTINA *finalmente s' abbandonò, a' quali veniva fin dall' infanzia da certa occulta forza rapita: ed entrando una volta in così fatta carriera, vi ſi ſtabilì con tanta coſtanza, che punto al traſcorrer degli anni il ſuo fervore, come a molti addivenir ſuole, [illegible] intiepidì; ma in ognuno di eſſi s' infiammò vie più ſempre, e s' accrebbe; onde accadde, che quella, la quale fino al vigeſimo quinto anno era viſſuta talmente, che ſerviva alle Matrone tutte d' eſempio, nel rimanente di ſua vita abbia poi dato que' documenti di perfezione Criſtiana, che ſono per eſſere d' ammirazione a gli abitatori di qualunque ſeveriſſimo Chioſtro.*

Subito che ebbe abbracciato queſto tenore di vita, ogni pompa di veſti, ogni femminile abbigliamento depoſe, o piuttoſto in ornato di coſe, e di luoghi ſagri li convertì, dimodochè niente affatto ſi riſerbò o nella cultura della perſona, o nella privata, e ſua propria ſupellettile, che non ſi permetta anche alle femmine di condizione mediocre. Ma ſo molto bene, che queſte coſe

hæc, ſcio, vix memoratu digna videbuntur in ea, quæ tam acriter ad majora properabat. Omnibus ſtatim quamvis innocentibus ſpectaculis, omni voluptatum, omni luxuum generi omnino vale dixit. Nullis ultra vel ad pompam, vel ad hilaritatem inſtitutis conventibus interfuit. Vix ſemel, aut iterum per ultimum ſexennium brevi ruſticationi indulſit, idque tum Regis, tum Medicorum hortatu. Nec hoc credideris ex ulla vel triſtitia animi, vel moroſitate proceſſiſſe; hujuſmodi enim animi relaxationibus, in quantum fas erat, delectari olim aſſueverat: pœnitentiæ itaque ſtudio, cui ſe totam addixerat, unice eſt imputandum. Quidquid enim temporis tam innocuis oblectamentis negabat, totum illud in continuas orationes, rerum divinarum contemplationem, cæteraſque Sanctorum occupationes conjecit, quod ut melius intelligatur, unum ejus vitæ diem intueri ſuffecerit; qui enim unius diei, is totius vitæ tenor fuit, niſi quod & diebus Dominicis, & recurrentibus feſtorum ſolemnitatibus pietatis, & miſericordiæ opera, ſi non numero, quod vix poterat fieri, fervore ſaltem, & diligentia multiplicaret.

Vix modico refecta ſomno, ſæpe diu ante lucem ſemper ſummo mane exurgens raptim, & ut plurimum abſque Ancillarum miniſterio veſtita, Solis ortum orationibus, & divinis laudibus prævertebat. Sacroſancto Miſſæ Sacrificio pluries quotidie cum ſummo animi fervore intererat. Haud modicum deinde temporis ſpatium legendo inſumebat. Hiſto-

coſe ſembreranno appena degne d'eſſer mentovate in colei, che con tanto ſtudio, ed impegno ad impreſe aſſai maggiori affrettavaſi. Si diſtaccò ſubito da tutti gli ſpettacoli eziandio innocenti, da ogni ſorta di piaceri, da ogni ſpaſſo, e divertimento. Non intervenne più ad alcuna di quelle adunanze iſtituite o per pompa, o per un giocondo ſollievo. Appena una, o due volte negli ultimi ſei anni ſi laſciò perſuadere ad una breve villeggiatura, ed a queſta eſortata non meno dal Re, che da' Medici; nè penſi alcuno, che da malinconia, o da oſtinazione ciò procedeſſe; poichè per lo avanti di così fatte ricreazioni d'animo aveva avuto in coſtume oneſtamente di dilettarſi. Ciò dunque unicamente aſcriver ſi deve a quel vivo deſiderio di penitenza, a cui totalmente già s'era addetta. Imperocchè quel tempo, che a' piaceri così innocenti negava, l'impiegò tutto in orazioni continue, nella contemplazione delle coſe divine, ed in altre occupazioni proprie de' Santi, la qual coſa affinchè meglio ſi comprenda, baſterà fiſſar lo ſguardo ſopra un giorno ſolo della ſua vita; qualora quello d'un ſol giorno fu di tutta la ſua vita il tenore; ſe non che nel dì di Domenica, e nelle feſtive ſolennità le opere di pietà, e di miſericordia, ſe non in numero, il che a gran fatica poteva farſi, almeno col fervore, e colla diligenza moltiplicava.

Preſo appena un breve ſonno, levandoſi ſpeſſo per molto tempo innanzi giorno, ſempre certamente di buon mattino, veſtita in fretta, o per lo più ſenza aſſiſtenza, ed ajuto di Cameriere, preveniva il naſcer del Sole coll'orazioni, e colle laudi divine. Interveniva con fervore immenſo di ſpirito al Sacroſanto Sagrifizio della Meſſa più volte il giorno: e dopo impiegava leggendo non poco ſpazio di tempo: ſi di-

ſtoriarum olim, & eruditionis,
quantum & fœminam deceret, &
Reginam, ſtudio capiebatur; ſed
his, cum cæteris ad humana perti-
nentibus, ablegatis, Eccleſiaſticis
tantum vacavit; poſtremo nec hæc
quidem attigit, ne plus curioſita-
ti, quam pietati tribueret, iiſque
ſolis uſa eſt libris, quos ad perfi-
ciendum animum, & divini amo-
ris ignem refocillandum conferre
intelligeret. Ne quid vero matro-
nali, qualis in ſacra Scriptura lau-
datur, fortitudini deeſſet, regias
etiam manus variis opificiis exer-
cebat; ſed iis tantum in rebus, quæ
vel ad Eccleſiarum ornamenta, vel
pauperum ſubſidia pertinerent. Et
horum quidem neceſſitatibus præ-
cipue ſemper conſulebat, nec quid-
quam ſibi detrahere poterat, quod
ſtatim ad eorum uſus non trans-
ferret. Ad ſummum nihil magis
cavere videbatur, quam ne un-
quam eſſet otioſa, idque tam re-
ligioſe obſervabat, ut inter fami-
liarium etiam colloquia, & pleroſ-
que cum ipſo Rege ſermones, le-
vioris aliquid operis ſemper præ
manibus haberet. Quod etiam
ſupremis ejus temporibus, & ad
ultimum fere vitæ diem obſervan-
tibus conſtitit. Mira inter hæc
victus temperantia: cibum ſemel
in diem ſumere, eumque vilem,
nec ullo ad voluptatem artificio
conditum; vinum vix ſummis la-
biis, idque perraro delibare, ita
ut adſtrictius revera jejunium,
quam quod ab Eccleſia ſtatis anni
temporibus præcipitur, plures
per annos continuaverit. Abſti-
nentiæ cibi difficiliorem linguæ
continentiam adjungebat, quod
in tam vivido ingenio nunquam
ſatis laudandum. Sermo enim il-
li,

*dilettava già molto prima dello ſtudio
d' iſtorie, e d' erudizione quanto a don-
na, ed a Regina convienſi; ma al-
lontanati da ſe queſti, ed altri libri alle
umane coſe appartenenti, ſol tanto agli
Eccleſiaſtici atteſe, e finalmente per non
dar più alla curioſità, che alla pietà,
da queſti ancora s' aſtenne, e prattiçò
ſolo quelli, che conoſceva poter confe-
rire a render perfetto lo ſpirito, e del
divino amore infiammarlo. Perchè poi
nulla mancaſſe alla matronal fortez-
za, quale appunto nelle ſagre Pagine
ſi commenda, anche in varj femmi-
nili lavori eſercitava le regie mani ſol
però in quelle coſe, che all' ornato del-
le Chieſe, o al ſuſſidio de' poveri ap-
parteneſſero. E di queſti principalmen-
mente ſempre alle neceſſità provvede-
va, nè poteva di veruna coſa pri-
varſi, che ſubito non la trasferiſſe in
loro uſo. Inſomma nulla più fuggi-
va, che lo ſtarſene ozioſa, e ciò così
religioſamente oſſervava, che in mez-
zo eziandio a' ragionamenti de' fami-
gliari; ed alla maggior parte de' diſ-
corſi col Re medeſimo, qualche lieve
lavoro aveva ſempre fra mano: della
qual coſa fino agli ultimi tempi, e
quaſi all' eſtremo di ſua vita chiun-
que vi oſſervava accertoſſi. Mara-
viglioſa frattanto era la temperanza
nel vitto: prendeva cibo una volta
il giorno ſempre vile, e frugale, nè
mai condito con arte atta ad eccitar
guſto, e piacere; al vino appena ac-
coſtava, e molto di rado le labbra,
dimanierachè continuò in fatti per an-
ni, ed anni ad oſſervare un più ri-
goroſo digiuno di quello, che coman-
dato ſia ne' tempi dalla Chieſa pre-
ſcritti. All' aſtinenza del cibo univa
la continenza della lingua, coſa di gran
lunga più malagevole, e da non poterſi
abbaſtanza lodare in un ingegno sì ſpi-
ritoſo. Imperciocchè era ſempre il di lei
diſcor-*

li, quam non ſuperfluus, tam & manſuetus erat, & ab omnibus cuſtoditi parum animi indiciis alienus. Præter ea, quæ neceſſitas poſtulabat, haud temere de aliis, quam de rebus ad pietatem ſpectantibus loquebatur; ſemper tamen ad eorum, quibuſcum tractandum eſſet, captum. Nec hoc unquam attentius obſervabat, quam quoties cariſſima ſibi pignora Liberos alloqueretur. Hos enim non eo tantum admittere ad ſe ſolebat, ut gratiſſimo eorum aſpectu frueretur, ſed longe magis, ut quid in pietate, & bonis moribus proficerent, ipſa coram experiretur: ita vero ſemper detinebat, ut optimis monitis inſtructos, & eruditos dimitteret. Nihil tamen aſperitatis, nihil arrogantiæ tam exacta morum diſciplina habuit: nihil illi, quam a natura acceperat CLEMENTINA affabilitati detraxit. Nam ut officioſis colentium ſalutationibus, quam minime poſſet indulgebat, ita neceſſario ad ſe venientes ſumma cum benignitate excipiebat, pronamque ſe omnibus exhibebat, & facilem. Nec quemquam a ſe in quantum poterat, triſtem dimiſit. Quod rogabatur, ſi vel auctoritate, vel gratia, & officiis efficere poſſet, ultro promittebat; quod promiſerat, nihil omittebat, quin perficeret.

Mihi vero inter privatos Reginæ parietes tamdiu hærenti, pene excidiſſe videri poteſt ardentiſſimum illud, quo ad pia loca viſitanda rapiebatur, ſtudium; quod ſi diutius omitterem, in me Urbs tota exclamaret, utpote quæ Reginam ad hoc unice domo quo

diſcorſo altrettanto non ſuperfluo, quanto piacevole, e manſueto, ed alieno affatto da tutti i contraſſegni d'un animo poco miſurato, ed incauto. Oltre quello, che la neceſſità richiedeva d'altro quaſi mai, che delle coſe alla pietà ſpettanti non ragionava, ſempre però ſecondo la capacità di coloro, che l'aſcoltavano. Nè mai oſſervava queſto più attentamente, che qualora co' propri Figli a Lei cariſſimi, favellava. Perocchè queſti ſoleva ammettere a ſe non ſolo a fin di godere della gratiſſima loro preſenza, ed aſpetto, ma molto più per far prova da ſe medeſima del profitto, che faceſſero ne' buoni coſtumi, e nella pietà. Sempre poi sì fattamente li tratteneva, che partir doveſſero d'ottimi avvertimenti iſtruiti, ed ammaeſtrati. Niente però ebbe d'aſprezza, niente d'arroganza, niente di quella ſua naturale affabilità a CLEMENTINA *ſcemò una diſciplina di coſtumi cotanto eſatta. Conciofiacoſachè, ſiccome s'eſponeva, quanto meno poſſibil foſſe agli officioſi complimenti di quelli, che a riverirla accoſtavanſi, così con ſomma benignità accoglieva coloro, che a Lei per qualche biſogno accorrevano, ed alle domande di ciaſcheduno ſi eſibiva facile, e pronta, e niſſuno, per quanto poteva, licenziò mai a mani vote, e ſcontento. Di ciò, che veniva pregata, ſe coll'autorità, o col favore, ed ufizj far lo poteſſe, ſpontaneamente lo prometteva; ciò che aveva promeſſo, uſava ogni sforzo per mantenerlo.*

Ma trattenendomi io per sì lungo ſpazio nelle domeſtiche azioni della Regina può parere peravventura, che quaſi mi ſia uſcito di mente quell'ardentiſſimo zelo, da cui alla viſita de' luoghi pii veniva violentemente ſpronata, e che ſe per più tempo lo traſcuraſſi, a ragione eſclamarebbe contro di me tutta Roma, come

quotidie exeuntem, idque nulla vel æstus habita ratione, vel frigoris, & videre solita est, & mirari. Quæ enim in tanta sacrarum ædium multitudine Ecclesia invenietur, quam CLEMENTINA devotissimo animo non adierit? Quis locus Martyrum suppliciis, vel aliorum Sanctorum vestigiis inclytus, quem venerabunda non lustraverit? Quod paulo angustius cæteris templum, ubi sæpius ardentissimas preces non effuderit? Quæ festorum solemnitas, quam præsentia sua venerabiliorem Populo non reddiderit? Quis vero verbis digne expresserit summum illum animi fervorem spirantem illam e vultu, totoque habitu pietatem, qua expositum publico cultui Sanctissimum Ultaris Sacramentum quotidie adorabat! Quis eam ibi impositis nudæ humo genibus innixam, & vix non toto corpore prostratam plures per horas hærentem mirabundus non aspexit! Hinc omnes facile judicaverint, quanto studio, quanta diligentia ad Sacræ Mensæ participationem ipsa accesserit; quod quidem ad minimum semel, sæpe bis, quandoque sæpius intra hebdomadam præstabat. In hoc frequenti Sacramentorum usu delicias prorsus suas posuisse eam diceres, sed ita tamen, ut nihil debitæ reverentiæ assuetudo detraheret, eamque semper præparationem adhiberet, quam vel supremæ Communioni adhibere potuisset.

Sacrarum in primis Virginum Templa, & ipsa sæpe Cœnobia frequentabat: sed hoc ita religiose semper præstitit, ut præcipue curaret, ne quid comitatu suo, qui

come quella, che usa era a vederla, ed ammirarla uscire a quest'unico effetto quotidianamente di casa senza riguardo veruno or di caldo, or di freddo: Imperciocchè qual Chiesa fra tante, e tante, che ve ne sono, si troverà, la quale frequentata non fosse da CLEMENTINA *con cuore al maggior segno divoto? Qual luogo per i supplizj de' Martiri, o per le vestigia d'altri Santi segnalato, ed illustre, che a venerarlo non accorresse? Qual tempio alquanto più angusto degli altri, dove più e più volte non ispargesse ardentissime preci? Qual sagra festiva solennità, che colla sua presenza non abbia renduta più venerabile al Popolo? Chi poi con parole adequatamente esprimer potrà quell'immenso fervor di spirito, e Lei, che dalla faccia, e da tutta la compostezza della persona tramandava pietà, colla quale il Sagramento Santissimo dell'Altare esposto al publico culto giornalmente adorava? Chi Lei genuflessa sul nudo suolo, e quasi con tutto il corpo a terra prostrata, fissa per più ore, ed immobile con istupore non riguardò? Quindi tutti agevolmente giudicheranno con quanto affetto, con quanto studio, e prontezza Ella s' accostasse a partecipare della Sagra Mensa, il che certamente una volta la settimana, spesso due, talora tre praticava. In questo frequente uso de' Sagramenti diresti, che tutte posto avesse le sue delizie, ma in guisa tale però, che niente alla dovuta riverenza detraesse l'assuefazione, e sempre quella preparazione adoprasse, che potuto avrebbe all' estrema Comunione adoprare.*

Frequentava principalmente le Chiese delle Vergini a Dio consagrate, e spesse volte i Monasteri medesimi, ma ciò sempre così religiosamente osservò, che più d'ogn'altra cosa le stava a cuore di non re-

qui modicus ſane erat, ne quid affluentis, ut fit, Populi concurſu, earum ſolitudini noceret, aut dicatas rebus cœleſtibus mentes ad terrena revocaret. Quibus vero eas ſermonibus mulceret, quibus dum ab ipſis diſcere ſimulabat, inſtrueret, & confirmaret alloquiis, meminerint ipſæ melius, quam alius quiſpiam effari præſumpſerit.

Sed ne ſpiritualibus tantum operibus Mulier fortis vacaret, inviſebat ſæpe & Noſocomia, ubi inter ſordes, & miſerias humanas ita verſabatur, ut dum nihil humani alienum a ſe reputare videretur, nihil ſe humanum ſapere comprobaret. Tanto affectu, tanta diligentia ægris, & infirmis aſſiſtebat, iiſque viliſſima etiam obeundo miniſteria, & auxilii, quod poſſet, & ſolatii afferre conabatur.

Hanc vero, quam Regina elegerat, vivendi rationem omnes quidem admirabantur. Ea tamen æque omnes angebat cogitatio; tantis pietatis operibus, quibus obeundis ignita charitas eam urgebat, poſſe nimis naturæ vires debilitari. Rex ipſe in primis, qui eam tenerrimo proſequebatur affectu, etſi gauderet, probaretque ſanctas Conjugis exercitationes, ne quid detrimenti ſaluti ipſius accideret, optabat vehementer, ut tantum fervorem remitteret aliquantulum. Verum ſanctiſſimam animam ad Regnum Cœlorum, quod vim patitur, quod violenti rapiunt, properantem conſilia humana demorari haud potuerunt. Unde effectum eſt, ut conſumata in brevi expleverit tem-

recare alcun nocumento alla lor ſolitudine col ſuo ſeguito, che era certamente aſſai ſcarſo, o coll'affluenza del Popolo, che come ſuccede, vi concorreva, o di non riſvegliare affetti terreni in quelle menti alle celeſti coſe già deſtinate. Con quali diſcorſi poi le allettaſſe, con quali colloquj, mentre fingeva da loro imparare, le iſtruiſſe, e fortificaſſe, ſe lo rammenteranno eſſe meglio di quello, che altri preſuma di raccontarlo.

Ma per non attender la forte Donna all'opere ſolo di ſpirito, viſitava ſovente anche gli Spedali, ove così fralle immondezze, e fralle umane miſerie ſi diportava, che mentre ſembrava credere nulla d'umano eſſere alieno da ſe, nulla appunto d'umano moſtrava in ſe ritenere: tanto era l'affetto, tanta la diligenza, colla quale aſſiſteva agli egri, ed infermi, eſercitando ancora i più vili, e abietti miniſterj, tutto quell'ajuto, e conforto, che mai poteva a quegli sforzavaſi d'apportare.

Queſta norma però di vivere, che la Regina eraſi preſcelta, a tutti certamente recava ammirazione. Ma ugualmente tutti anguſtiava il penſiero, che per tante opre di pietà, all'eſercizio delle quali la di Lei ardente carità la ſpingeva, troppo poteſſe debilitarſi. Il Re prima d'ogni altro, che teneramente l'amava, abbenchè ne godeſſe, ed approvaſſe li ſanti eſercizj della Conſorte, dubitando, che foſſero per eſſere di detrimento alla di Lei ſalute, deſiderava grandemente, che rallentato aveſſe in qualche parte un tanto fervore. Ma non poterono gli umani conſigli trattenere quella ſantiſſima anima, la quale a gran paſſi s'incaminava verſo il Regno de' Cieli, che ſoffre la violenza, ed i violenti lo rapiſcono. Onde ne addivenne, che in breve ſpazio perfezionata molti tempi adem-

 piſſe.

tempora multa. Itaque cum illuc juvenis admodum perveniſſet, quo longæ ætatis ſpatio vix aliis pervenire conceſſum eſt, præciſa eſt, velut a Texente vita ejus.

Alterum enim ſupra trigeſimum ætatis annum attigerat, cum labefactari paulatim ſtomachus, cibus omnis faſtidio eſſe, vires ſenſim decreſcere cœperunt. Accedebant & dolores haud modici, & alia, quæ omnes præter ipſam, diſſolutionis indicia terrebant. Illa vel non ſentire ingraveſcentis vim morbi, vel non agnoſcere, eaque ſibi cœlitus immiſſa mala ad exercendam patientiam, & credere, & lætari. Biennio fere per hæc tranſacto, cedendum tamen naturæ fuit, & lecto decumbendum. Nec multo poſt vicinæ mortis nuntium afferentibus perquam funeſtum, ea vultus, animique conſtantia accepit, ut non in aliam prorſus vitam, ſed in aliam plane domum commigratura videretur. Plures deinde, per quos ſuperfuit, dies ita tranſegit, ut qui antea ardorem in ea animi, & vividiſſimos affectus mirari conſueverant, nihilo nunc minus compoſiti optime ſpiritus lenitatem admirarentur. Nec unquam fere præſentior viſa eſt divini illius Oraculi fides: fortitudo, & decor indumentum ejus, & ridebit in die noviſſimo. Ut nihil tamen ſuperbiæ, aut vanitatis admixtum fuiſſe intelligas, ſæpe inter continuas, quibus tota vacabat, preces, & meditationes ajebat, ſe vacuas habere manus, nec quidquam, quod Redemptori ſuo offerret, apud ſeſe inveniri. His unice intenta, ſummam inter acerbos dolores, & cruciatus, quos len-

piſſe. Per la qual coſa eſſendo colà giunta aſſai giovane, dove appena dopo ben lunga età agli altri è dato in ſorte di pervenire, lo ſtame della ſua vita, come dal Teſſitor fu reciſo.

Era entrata nell' anno trigeſimo ſecondo di ſua età, quando cominciò a indebolirſele a poco a poco lo ſtomaco, ed eſſerle ogni cibo di nauſea, a diminuirſi d'un dì in un altro le forze. Si aggiungevano dolori non poco ſenſibili, ed altri indizj di vicina morte, che tutti fuorchè Lei ſpaventavano. Moſtrava Ella o di non ſentire, o di non conoſcere la violenza del male, che ſi aumentava, e di credere, e rallegrarſi, che queſte tribolazioni le foſſero dal Cielo mandate per eſercitare la ſua pazienza. Quaſi due anni in sì fatta guiſa traſcorſi, convenne finalmente cedere alla natura, e porſi in letto. E non molto dopo venendole portato il funeſtiſſimo avviſo dell' oramai vicino paſſaggio, con tale intrepidezza di volto, e d'animo il ricevette, che ſembrava non dover certamente ad un altra vita paſſare, ma in altra caſa. Quindi i più giorni, che ſopraviſſe sì fattamente impiegò, che quelli, i quali avvezzi erano per lo avanti ad ammirare in Lei l' ardor dell'animo, ed i gagliardiſſimi traſporti d'affetto, nientemeno in ſimil punto ammiraſſero la piacevolezza del ſuo ſpirito ottimamente raſſegnato, e compoſto. Onde non parve, che quaſi mai più viva foſſe, e più preſente la fede di quell'Oracol divino: fortezza, e bellezza il di Lei ammanto, e nell' eſtremo dì riderà. E per iſgombrare ogni dubbio, che in Lei benchè menoma meſcolanza vi foſſe di ſuperbia, o di vanità, ſpeſſo tralle continue meditazioni, e preghiere, nelle quali tutta era immerſa, eſclamava, d'aver vote le mani, e nulla trovare appreſſo di ſe, che offrir poteſſe al ſuo Redentore. Intenta unicamente a tali coſe fra gli acerbi dolo-

lentum mortis genus afferebat, patientiam præſtitit. Nemo ingemiſcentem, nemo queritantem audivit. Supremis vero Eccleſiæ ritibus munienda, ea ſedati ſimul, & alacris ad mortem animi indicia dedit, quæ uberrimas circumſtantibus lacrymas excuſſerunt. Mœrentes vero pro tantæ gravitate jacturæ & Regem, & Principes iis ſubinde verbis alloquuta eſt, quibus nihil minus ineſſet conſtantiæ, quam & amoris, & pietatis. Optimo Conjugi, & Parenti cariſſimam ſui partem Liberos unice commendare: his vero præcipere, ut Deum ſuper omnia colerent, veræ virtutis viis ſemper inſiſterent, ut Matrem ſimul, & Patrem in uno deinceps Rege venerarentur. Nec his, nec cæteris etiam familiaribus, & domeſticis ſuis valedicere neglexit, veniamque ab omnibus, ſi quid unquam offendiſſet, petere. Sic ad mortem parata, excluſis dehinc omnibus, quorum opera neceſſario non uteretur, per aliquot adhuc dies cum morbo luctata eſt, eadem plane conſtantia, & integris adeo ſenſibus, ut nihil ſolitæ devotionis, quoad potuit omiſerit, & Sacroſanctam Communionem ſæpius iteraverit. Tandem, ut fidei, ſpei, & caritatis operibus unice dedita vixerat, ita earumdem virtutum fructibus, in quantum judicare fas eſt, freta placidiſſime deceſſit die 18. Januarii anni 1735. cum annos triginta tres, menſes ſex vivendo expleviſſet.

Quam

dolori, e gli ſpaſimi, che quel lento genere di morte le cagionava, diè ſaggio d' una ſomma pazienza. Niuno mai ſentì gemerla, niuno leggiermente dolerſi. Proſſima poi ad eſſer munita degli ultimi eccleſiaſtici ajuti, diede quei contraſſegni d'animo raſſegnato inſieme, e pronto alla morte, che ſparger fecero a' circoſtanti abbondantiſſime lagrime. Afflitti a miſura di sì gran perdita ed il Re, ed i Principi, diſſe loro parole ripiene non men di coſtanza, che di amore, e pietà: che all'ottimo ſuo Conſorte, e Padre unicamente raccomandava i Figli parte cariſſima di ſe ſteſſa: a queſti poi comandava, che 'l divin Facitore ſopra tutte le coſe onoraſſero, che non ſi diſcoſtaſſero mai dal cammino della vera virtù, che da indi in poi la Madre inſieme, ed il Padre nel ſolo Re riveriſſero. Nè tralaſciò di dare l' ultimo addio ed a queſti, ed a tutti gli altri ſuoi familiari, e domeſtici, e chiedere a ciaſcun di eſſi perdono ſemmai in verun conto offeſi gli aveſſe. Così diſpoſta, e preparata alla morte, licenziati tutti quelli, dell' opera de' quali non era coſtretta a ſervirſi, col male per alquanti giorni tuttavia contraſtò, uſando ſempre della ſteſſa coſtanza, e con ſentimenti così perfetti, che nulla della ſolita divozione, finchè le fu permeſſo, omettendo, più volte eziandio la Sagra Comunione reiterò. Finalmente nella conformità, che viſſuta era, dedita ſol tanto all'opere di fede, di ſperanza, e di carità; così di queſte virtù vicina (per quanto è lecito giudicare) a conſeguirne la ricompenſa, ed il frutto, placidiſſimamente morì nel giorno 18. di Gennaro dell' anno 1735. dopo aver compiti 33. anni, e ſei meſi di vita.

Quan-

Uam aegre hanc tulerit mortem amantissimus Rex, is non intelliget, qui & in amore sit hospes, & nullius sibi conscius humanitatis. Fleverunt amare lectissimi Liberi, Familiares, quicumque noverant. Urbs tota per multos ante dies casum hunc deprecata, moerore confecta est. A spectaculis feriatum, justitium potius sponte caeptum, quam

Vanto dolore recasse questa morte al Re, che la sua Sposa teneramente amava, ognuno potrà da se stesso divisarlo, soltantoch' egli abbia qualche sentimento d' amore, o almeno d'umanità. Piansero amaramente i reali Infanti, la Corte, i Familiari, e tutti coloro, ch'ebbero grazia di conoscerla. La Città tutta, che per molti dì con pubbliche preci implorato avea la sua guarigione, rimase di lutto, e di tri-

quam indictum. Doluit prae caeteris vehementer CLEMENS XII. Pont. Max. qui tantae Reginae nomine, & morum sanctitate Urbem, Sedemque suam illustrari gaudebat. Is nempe tanta Christianum Orbem sapientia, atque integritate gubernat, ut quae ad servandam, augendamque Rempublicam beneficia confert, palam, & ubique se prodant. Quum vero cordi ei sit maxime & disciplina morum, & Religionis amplificandae sollicitudo; hinc quum tale, ac tantum sibi, & illi ereptum in CLEMENTINAE obitu ornamentum sentiret, a lacrymis se continere non potuit. Primum quidem ejus vitae discrimine vix percepto, publicas ubi-

tristezza ricolma. Si fece spontaneamente feriato, per dare alcuni giorni al dolore; furono interdetti gli spettacoli, e gli altri pubblici divertimenti, e da per tutto spirava silenzio, e tristezza. Ma sovra d'ogn' altro contristossi il Sommo Pontefice CLEMENTE *XII. felicemente Regnante. Governa Questi con tanta provvidenza, e integrità di costumi la Chiesa Cattolica, che sono al Mondo tutto palesi i continui benefizj per mezzo de' quali proccura di conservarla, ed accrescerla: ma avendo sopratutto a cuore la disciplina de' buoni costumi, ed un zelo ardentissimo di propagare la Religione, a cui l' esempio di questa Regina era di sì grand'ornamento; veggendo spento questo lume di santità, non potè contenersi di piangere. Primieramente fin da quando sen-*

que in Urbe (perinde ac ſi de communi avertenda calamitate ageretur) effundi preces mandaverat, quotidie mittebat, qui eam ſuo nomine viſitarent: jamque in extremis laboranti, quum ipſe per ſe eam adire non poſſet, poſtremam Apoſtolicam Benedictionem per Cardinalem de latere Legatum Joannem Antonium Guadagnium, Sororis filium, & Urbis Vicarium, flens, atque orans impertitus eſt; ne quidquam morienti quoque regii honoris deeſſet. Ut ergo ſuum in tam illuſtrem Foeminam poſt mortem quoque animum palam faceret, ſtatim privatum funus altero obitus die per ſingulas Aedes Sacras indici, publicum vero de ſuo juſſit

tì eſſere pericoloſa la malattia, appunto come ſi trattaſſe d'una pubblica calamità, ordinò, che per tutte le Chieſe di Roma ſi faceſſero preghiere, mandava ogni dì a viſitarla, e non potendovi perſonalmente andare; acciocchè nulla mancaſſe al reale trattamento, inviolle Legato a latere il Cardinale Giannantonio Guadagni, Nipote da lato di Sorella, e Vicario di Roma, coll'ultima Apoſtolica Benedizione. All'avviſo poi della morte, volendo dare al Mondo una teſtimonianza del ſuo dolore, ordinò, che il dì ſeguente da tutte le Comunità Religioſe le foſſero fatte l'eſequie, e che frattanto nella Baſilica de' Santi dodici Apoſtoli con ogni poſſibil magnificenza il real Funerale s'apparecchiaſſe. In queſto mentre il Cadavere veſtito da Suora Do-

juſſit celebrari. Inſti-
tuitur Regii Funeris
apparatus ad BB. duo-
decim Apoſtolorum,
ubi quidquid parenta-
lium ornandorum ars
excogitare poteſt ex-
eritur: atque interim
Regium Cadaver Do-
minicanae Familiae
habitu, quo prius quam
moreretur ſine pompa
ſepelliri mandaverat,
indutum deponitur a-
pud Miniſtrum Gene-
ralem Ordinis Mino-
rum Conventualium:
quo dum alternis ei-
dem privatim paren-
tabatur, tanta fuit po-
puli affluentia, ut,
ad cuſtodiam, & vim
prohibendam, militi-
bus opus fuerit: nam
omnes, qui aderant
non poterant ſimul ad-
mitti; ſed in plures di-
viſi turmas, alii ſucce-
debant aliis, quod no-
ſtris moribus maxi-
mum

*Domenicana (nel qual'
abito prima di morire
avea eſſa diſpoſto d' eſſer
ſepolta) fu depoſto nell'
appartamento del Mini-
ſtro Generale de' Minori
Conventuali; dove per tre
giorni continuamente da
quei Religioſi, che gli
uni agli altri ſi ſuccede-
vano, furono celebrati gli
uſizj de' Defonti. Era
sì grande la moltitudine
delle perſone d' ogni con-
dizione, ed età concorſavi
a pregar requie, e bene-
dirla, che per impedire
il tumulto v' abbiſognaro-
no le guardie; non eſſen-
do poſſibile a tutti nello
ſteſſo tempo l' ingreſſo:
e perciò dividevanſi in
più partite, e gli uni en-
travano dopo degli altri,
la qual coſa, ſecondo le
noſtre uſanze, dimoſtra
la comune oppenione,
che ſi ha della ſanta
vita de' Defonti, e la
ferma ſperanza, che ſie-
no*

mum eſt , & opinionis ante actae vitae , & felicitatis poſt mortem adeptae teſtimonium . Ubi trium dierum ſpatio ſplendide , eleganterque funus eſt apparatum , pretioſa ornamenta , & inſignia regalia eidem per matronas ſuperinduuntur ; chlamys nempe Brittannico more rubei coloris cum crepidis : aurea Corona , Sceptrum , & Scipio eburneus ; atque pulcherrimo ſtrato funebri , cui textile ſericum ſtragulum auro variatum , imponitur . Deinde ad proximas ibi BB. duodecim Apoſtolorum aedes defertur ; quibus nihil elegantius inſtrui poterat ad luctum regia dignum perſona exprimendum . Aedificio obſequens Opifex ſtructuram Templi

no a godere l' eterna felicità . Dopo il grande apparecchio de' Funerali , che durò tre giorni continui , le Dame di Corte la riveſtirono degli ornamenti prezioſi , e delle inſegne regali : cioè , della regia clamide , ſecondo l' uſo d' Inghilterra di colore roſso , co' calzari conformi , Corona d' oro , Scettro , e Bacchetta d' avorio : indi fu diſteſo ſu ricca coltre di Velluto nero freggiata d' oro , e ripoſta ſovra d' un letto funebre per trasferirla nella vicina Chieſa de' SS. dodici Apoſtoli , adorna in guiſa da non poterſi meglio immaginare per eſprimere un lutto verameute reale . Eſsendoſi prevaluto l' Architetto della forma interiore del Tempio , reſo n' avea col ſuo diſegno l' ornato più ſvelto , e leggiadro . Cuoprivano la volta alcune

pli apparatus elegantia pulchriorem effecerat. Fornix atris erat divisus zonis; quae alba inter se paribus intervallis parietum spatia relinquebant, ut album nigro permixtum atri coloris tristitiam minueret. Pilas a spira ad capitulum panni obducebant nigri; iidemque laciniis, bracteisque auro intertextis distincti. Singulis arcubus circumducta lintea altitudinis cubitorum duo, quae coronis etiam appensa in gyrum Templi decurrebant: linteis vero nigricantes maculae sic depictae erant, ut ab imo suspicientibus viderentur mustellinae pelles, quibus constat regiae chlamydis interior pars, ornatum omnem ambire. Surgebat in medio feretrum cui

cune strisce di panno nero; le quali lasciando fra di loro un uguale spazio di muro scoperto frammischiavano così il bianco al nero, che oltra la maggior eleganza dell'apparato veniva a rompersi quella tetra oscurità, che suole indurre nell' animo una mortale tristezza. I Pilastri dalla base al capitello erano ricoperti di panno nero con trine, e frange d'oro; ed agli archi delle Cappelle pendevano bianchissime mussoline di quattro in cinque palmi d'altezza, le quali giravano ancora attorno del cornicione per tutta la Chiesa. Erano queste picchettate di macchie nere, dimanierachè guardandole dall' ingiù pareano quelle pelli d'armellino, onde si fodera il manto reale, che d'intorno al lavoro andassero serpeggiando. Ergeasi nel mezzo a foggia di trono rilevato un ma-

cui ex omni latere per plures gradus aſcenſus erat; inſtar regalis Solii extructum. Eminebant ex angulis candelabra ingentis magnitudinis, quorum brachiis cereae, & odoriferae faces eo inſigebantur ordine, quo lumen, & ornamentum praeberent funeri; luminaribus quoque ex chryſtallo, & deaurato ligno undique diſtributis.

Superextabat atrato extrinſecus atrio funeris dedicatio.

magnifico Catafalco; alla di cui ſommità aſcendeaſi da quattro lati per gradi ſucceſſivamente ordinati, riſtringendo ſempre dal baſſo alla cima il cerchio loro. Agli angoli di queſto erano piantati quattro grandiſſimi candelabri, che ſervivano a ſoſtenere più ordini di torchj: ed all'eſtremità del tronco fumavano acceſe le odoroſe fiaccole, per rendere inſieme ſplendore, e vaghezza. Erano ancora diſtribuite per i lati della Chieſa molte lumiere di criſtallo, e di legno dorato.

Sull'atrio al di fuori parato a bruno leggeaſi la dedica del funerale.

MARIAE CLEMENTINAE

Magn: Brittanniae, Franciae, & Hiberniae Reginae

Religione in DEUM Charitate in omnes, Severitate in ſeipſam

SINGULARI

CLEMENTIS . XII. PONT. MAX. DECRETO

REGIO . FUNERE . ELATAE

ROMA, CRISTIANOQUE ORBE MOERENTIBUS.

Ja-

Funeris Apparatus
In B B duodecim Apostolorum Aedibus
Chi Mariae Clementinae Magn. Britan. Franc. et Hibern. Reginae
X Kal Februarij anni CIƆIƆCCXXXV a S R E Cardinalibus
Iusta fuerunt persoluta
Balthasar Gabbuggiani Sculp.

Januae Aedium intrinſecus demortuae elogium.

Sulla porta al di dentro ſtava l' elogio della defonta.

ACERBO FUNERE

MARIAE. CLEMENTINAE

JACOBI. III. M. BRITTAN. FRANC. HIBER. REG. CONJUG. AMANTISS.
JOANNIS. III. POLON. REG. EX. FILIO. NEPTIS
LECTISSIMORUM. LIBERORUM. PARENTIS. OPTIMAE
MORUM
COMITATE. INTEGRITATE. SANCTITATE
EXIMIAE
CUJUS. DUM. VIVERET
REGALEM. CHRISTIANUMQUE. ANIMUM
MORTE. INSTANTE. IMPAVIDUM. HILAREMQUE
ROMA. SUSPEXIT
ORBATIS
AUXILIO. MISERIS. OPE. PAUPERIBUS. SOLATIO. AEGROTIS
EREPTOQUE. URBI. ORNAMENTO
RELIGIONI. PRAESIDIO. ET. EXEMPLO
UNIVERSUS. CIVIUM. ORDO
PUBLICO. VELUTI. JUSTITIO. INDICTO
IN. MOERORE. ET. LUCTU
VERSATUR

Inde gentilitiis ſtemmatibus circum appenſis interjecta quaedam dicta pictis deſcripta tabulis, quae ex omnium ore funeris dolor expreſſerat.

Indi all'arme delle reali famiglie Stuarda, e Sobieſchi appeſe a' Pilaſtri della Chieſa, erano frapposti alcuni motti funebri, quali appunto in quella meſta circoſtanza ſuggeriva l' univerſale dolore.

HANC

H A N C
NON. DIRA. MORS. SUSTULIT
SED. PLACIDUS. SOMNUS
AD. SUPEROS. RAPUIT
HEU. MORTALES. COECI. ET. MISERI
QUOD. PUBLICIS. PRIVATISQUE. VOTIS
DEPRECABAMUR. MALUM
PAX. ILLI. ET. AETERNA. FELICITAS

Q U I S
DOLORI. PARCAT. AUT. TEMPERET. A. LACRYMIS
O C C U B U I T
QUAE. DECORE. VULTUS. ET. ANIMI. LENITATE
CEU. INTER. IGNES. LUNA. MINORES
R E F U L S I T
SPES. NOSTRA. CECIDIT
INFIXA. HAEREBIT. DIU
CORDIBUS. MEMORIA. MENTI. DESIDERIUM

1 Pueri Hospitij Apostolici S. Michaelis.
2. Pueri Orphani

Sodalitates.

3. SS. Sacram. Basil. Vaticanæ.
4. Agonizantium.
5. S. Angeli Custodis.
6. Animarum magis indigentium.
7. S. Mariæ de Carmelo ad Montes.
8. S. Ægidij.
9. S. Iacobi in Suburbio.
10. S. Yvonis
11 S. Laurentij in Damaso.
12. Mortis.
13. SS. Nominis Mariæ.
14. S. Mariæ de Planctu.
15. Stigmatum S. Francisci.
16. Suffragij.
17. S. Tryphonis.
18. SS. Trinitatis.
19. Confalonis.
20. Crux Basilicæ Vaticanæ

Cœnobitarum Familiæ

21. Discalceati Ord. S. Augustini.
22. Capuccini.
23 B. Mariæ Redemptionis Captivorum
24. S. Hieronymi Cong. B. Petri de Pisa.
25. Minimi S. Franc. de Paula.
26. Tertij Ord. S. Francisci.
27. Conventuales.
28. Observantes, et Reformati S. Francis
29. S. Augustini.

Ioann. Paulus Pannini inv., et delin

Pompa
anni CIƆIƆCCXXXV
BB. Petri, et Pauli Basilicam
Britan Regina fuit Sepulta
30. Carmelitæ.
31. Servi B. Mariæ.
32. Ordinis Prædicatorum.
33. Confratres earumdem Sodalitatum quin=genta funalia stato ordine deferentes.
34. Clerus Regularis Eccles. SS XII. Apostol, sub cujus Parochia Regina decessit.
35. Camerarius Cleri medius inter Parochū Basilicæ Vaticanæ, et alterum ptæ. Eccles. SS. XII. Apostol.
36. Cantores flebili voce exequialē psalmos canentes
37. Capitulum, et Clerus Basil. Vaticanæ.
38. Familia Reginæ.
39. Alumni Nationalium Angliæ, Scotiæ, et Hiberniæ Collegiorum.
40. Cadaver Reginæ a Nobilibus aulicis elatum.
41. Nobiles Aulæ Regiæ.
42. Dux Custodiæ Pontificiæ Helvetiorum.
43. Duo Clavigeri.
44. Duo Cæremoniarum Magistri.
45. Præfectus Sac. Pal. Apos. cum Archiep. et Epis. Pontific. Solio Assisten.
46. Protonotarij Apos. de num. Participan.
47. Cappellani Communes.
48. Cubicularij extra.
49. Scutiferi Sumri Pontificis.
50. Rheda demortuæ Reginæ violacei coloris cum alijs duodecim atrato ad luctū panno obductis.
a. Basilica Vaticana.
b. Facies Templi SS XII. Apostolorum funebri ornatu composita.
c. Castrum Sancti Angeli.
d. Milites Pontificij in acies dispositi.
Roccus Pozzi sculp. Romæ Sup. per.

FLETE. VIRGINES. LUGETE. MATRONAE
H AE C
COHIBERE. OCULOS. SERVARE. DIGNITATEM
D O C U I T
SI. TANTA. VIRTUS. PERIIT
ECQUIS. ORDINI. VESTRO
EREPTUM. DECUS. RESTITUET

ADVÉNAE. ET. INCOLAE
VULTUM. AD. MOESTITIAM. HABITUMQUE. COMPONITE
ET. IN. FERALI. POMPA. JUSTA. PERSOLVITE
INDE. DOMUM. REVERSI
LAUDES. HUJUS. INTER. CELEBRANDUM
DICITE. LIBERIS
HAEC. QUOQUE. TERRENA
VIRTUS. HABET. PRAEMIA

Poſt meridiem mediis in aedibus cadaver in regale feretrum extollitur. Adſtant circumfuſi familiares regnorum utriuſque domus inſignia geſtantes: ardent ſilvae inſtar cerei, & luminaria; fumant thymiamata; alternantibuſque Pſal-len-

Dopo il mezzo dì fu alzato il cadavere ſul gran catafalco, e lo circondavano da tutte le bande le Dame, e i gentiluomini di Corte veſtiti a lutto: alcuni de' quali ſovra d'aſte lunghiſſime reggevano le quattro banderuole, dov' erano dipinte l'armi d' Inghilterra, Scozia, Irlanda, e Pollo-nia

lentium choris Purpurati Patres justa persolvunt. Interim funeris pompa procedebat. Ibant primum sacra sodalitia: deinde ex utroque Clero immensus supplicantium ordo, quem sequebatur insigne Capitulum Vaticanum: funebrem lectum, quo sublimis efferebatur Defuncta, innumerae faces antecedebant, quae per noctis tenebras collucentes ignei fluminis speciem spectantibus referebant. Veniunt postea in equis Praefectus Palatio; Episcopi Pontificio Solio adsistentes; Protonotarii e duodecim viris; caeterique a Sacello, & Cubiculo extra muros dicti una cum scutiferis Pontificiis. Claudebant agmen atrati currus, quibus transvehe-
ban-

nia: e cantandosi intanto i Salmi, e le preci di requie furono celebrate l'esequie dal Sagro Collegio de' Cardinali. In questo mentre incominciò ad incamminarsi il funebre accompagnamento: venivano prima le divote Confraternite de' Laici: poi una lunghissima processione dell'uno, e l'altro Clero, terminata dall' insigne Capitolo Vaticano; dopo non molto, preceduto dallo splendore d'innumerabili torchj, che nell'oscurità della notte pareano un fiume di luce, seguitava il gran feretro, ove giacea sublime la Defonta: e innanzi a questo camminavano appiedi la famiglia, e la Corte, accompagnando in abito dolente, e lugubre la pompa ferale. Cavalcavano appresso Monsignore Maggiordomo in mezzo a' Vescovi assistenti, li dodici Protonotarj partecipanti,
i Cap-

bantur Matronae habitum ferentes lugubrem: Helveticae cuſtodiae milites, alii dextrorſum, ſiniſtrorſum alii ſingulatim incedentes pompam proſequebantur; caeteris pedeſtribus copiis in latioribus viarum, plateiſque ad coercendum tumultum, diſtributis. Defletur mortua, & conclamatur ab omni civium cujuſcumque ordinis turba; quae magno concurſu, continentique agmine facto per vias, atque domos, quacunque tranſibat conqueritur, ac ſi dulciſſimum unuſquiſque parentem, aut amicum amiſiſſet. Neque funebri laudatione opus erat: quippe laudes ejus, funere procedente, per omnium ora volitabant. Ter-

tia

i Cappellani, e Camerieri fuor delle mura inſieme cogli Scudieri del Papa: e chiudevano finalmente la ſchiera i cocchj reali meſſi a bruno con dentro le Dame di Corte. Alla guardia del mortorio marciavano ad un per uno diviſi in due file li Svizzeri del Papa; e le altre ſoldateſche appiedi erano ſparſe per i quartieri della Città, dovunque paſſava, per impedire il tumulto. Era incredibile la moltitudine delle perſone d'ogni età, e condizione, che da per tutto era concorſa per compiangere un sì funeſto ſpettacolo. Ognuno lamentavaſi, e piangeva, come ſe queſta morte tolto gli aveſſe il più caro de' ſuoi Amici, e Congiunti: nè v'era biſogno di teſſere con artifizio l'orazione funebre: perchè le non ricercate lodi di Lei volavano per le bocche di tutti in compa-

gnia

tia noctis hora ad BB. Apostolorum Petri, & Pauli ventum est: ubi postremis peractis exequiis, e lecto a Matronis deposita, triplici includitur arca: cupressina nempe, plumbea, & roborea: quarum alteri plumbeae videlicet, aetatis, & obitus dies sic erat inscriptus.

gnia del funerale. Giunto il feretro alle tre ore di notte a S. Pietro, e mandati ivi ad esecuzione gli ultimi ufizj di requie; fu deposto dal letto il cadavere, e rinchiuso dentro tre casse: la prima di cipresso, di piombo la seconda, di rovere la terza: e sovra quella di piombo era così segnato il giorno dell'età, e della morte.

MARIA. CLEMENTINA

MAGNAE. BRITANNIAE. REGINA

VIXIT. ANNOS. XXXIII. MENSES. VI. DIEM. I.

OBIIT. ROMAE

XV. KAL. FEBRUAR. ANNO. M. DCC. XXXV.

Denique Vaticano Clero condenda traditur in cryptis prope sepulcrum dictorum BB.

Indi fu consegnato all' insigne Capitolo della Vaticana, acciò gli dasse sepoltura nelle grotte di quella

BB. Apostolorum, quo Pontifices Maximi, & Reges inferuntur. Posthaec Annibal S. Clementis Cardinalis Albanus S.R.E. Camerarius, & Vaticanae Basilicae Archipresbyter, virtutum CLEMENTINAE, & nominis gloria excitus supplex a SS. CLEMENTE XII. petiit, ut praeclarissimae huic mulieri, quae & Matildis pietatem, & Christinae Svecorum Reginae animi magnitudinem (quarum tantum in superiori parte Basilicae sepulcra visuntur) fuerat aemulata, marmoreum ibidem poneret monumentum: cujus precibus annuere non dubitavit: ut quam viventi, & mortuae observantiam patefecerat, extremo hoc munificentiae argumento in

la Basilica; dove per la dignità, che tengono della vicinanza alla memoria de' SS. Apostoli Pietro, e Paolo, i Romani Pontefici, ed i Personaggi Reali ànno grazia di seppellirsi. Dopo queste cose il Cardinale di S.Clemente Annibale Albani Camerlengo della S.R.C. Arciprete della Basilica Vaticana, considerando non meno la santità, che l'altre virtù eroiche di MARIA CLEMENTINA, la quale emulando, per così dire, la pietà di Matilde, e la grandezza d'animo di Cristina Regina di Svezia (i sepolcri delle quali unicamente esistono nella Basilica supeperiore) parea, che meritati avesse tutti gli onori, che a quelle furono compartiti; porse fervorose suppliche alla Santità di N.S. perchè si degnasse d'erigerle un monumento nella medesima, ed alle di lui istanze compiacquesi benignamen- D 3 *te*

in aevum confirmaret: Quod honoris genus ad Defunctorum memoriam conſervandam excogitatum, etſi minime nobis neceſſarium eſſet, adeo haeret animo ejus deſiderium, & opinio; futuris tamen ſaeculis perpetuum extabit teſtimonium quanto virtus, CLEMENTE XII. ſedente, haberetur in pretio. Atque hoc propterea Parentes liberis, cives monſtrantes exteris, utriuſque virtutes, & geſta commemorabunt; efficientque, ut quae a nobis fama manabit in poſteros, fluminum more, quae a fonte quo diſtant longius eo patent latius; uberior futura ſit, atque perennior. Caeterum minime mirandum, ſi tantum luctum, atque

moe-

te d'acconſentire, per dare un pubblico argomento a tutta la poſterità dell'oſſervanza, in cui a' ſuoi giorni eraſi avuta queſta Regina. E ſebbene tal ſorta d'onore abbiano immaginato gli uomini per tener viva ſotto degli occhi l'immagine de' Defonti, quando s'incontrano tali memorie, e perciò non abbiſognaſſe; tanto ci reſta impreſſa la ricordanza di Lei, e l'ammirazione delle ſue rare prerogative: pur non oſtante a' ſecoli, che verranno ſarà perpetua fede in quanto pregio, e riverenza ſi teneſſe la virtù ſotto il feliciſſimo regno di CLEMENTE *XII. e moſtrandolo i Padri a' figliuoli, i cittadini agli eſteri; le glorioſe geſta dell'uno, e dell' altra andranno rammemorando: e la fama agguiſa di que' Fiumi, i quali quanto più dalle ſorgive ſono lontani, tanto più corrono ſpazioſi, e ſicuri, tra-*

man-

moeſtitiam illi attulerunt dies: cujus enim vita omnibus accepta fuerat, ejus quoque mors fuit acerba.

manderaſſi da noi a' Poſteri più luminoſa, e ſincera. Non dee peraltro recar maraviglia ſe queſti giorni, de' quali abbiamo ragionato, furono apportatori di tanto lutto, e triſtezza: imperciocchè Colei, che in vita era ſtata da tutti riverita, ed amata, in morte ancora fu da tutti richiamata, e compianta.

IN ROMA

APPRESSO GIOVANNI MARIA SALVIONI

STAMPATOR VATICANO

M. DCC. XXXVI.